

zandos in epistolis suis reliquit: Sciunt illū non eos qui se sequi noluerunt sententiā odisse. Siquidē in comu-
nionē eorū permanlit: qui sententiā suā contraierant: sed hortatū potius fuisse propter Nouatū: & alias tūc hæ-
reses multas enascentes: ne quisq̄ ab eo sine dānatione erroris sui reciperet. Sermonē deniq; suū quē super hac
re ad Stephanū romanū pontificē habuit: tali fine cōpleuit. Hæc ad cōscientiā tuā frater charissime & pro ho-
nore comuni & pro simplici dilectione protulimus credentes etiā tibi religionis tuæ & fidei ueritate placere: q̄
& religiosa pariter & uera sunt. Cæterū scimus quosdā quod semel ibiberūt: nolle deponere: nec propositū suū
facile mutare: sed saluo inter collegas pacis & cōcordiæ uinculo quedā ppria quæ apud se semel sunt usurpata
retinere. Quia in re non uim cuiq̄ facimus: aut legē damus q̄do habeat i ecclesia administratio uoluntatis suæ
arbitriū suū libere: & unusquisq; sit prepositus rationē acti sui domino redditurus. Ad Iouinianū quoq; de hæ-
reticis rebaptizandis scribens: in fine libelli sic locutus est. Hæc tibi breuiter pro nostra mediocritate rescripti-
mus frater charissime: nemini prescribētes aut preiudicātes quo minus unusquisq; episcopos quod putat faci-
at: habens arbitrii sui liberā potestātē. Nos q̄tū in nobis est: propter hæreticos cū collegis & episcopis nostris cō-
tendimus: cū quibus diuinā cōcordiā & dominicā pacē tenemus: maxime cū apostolus dicat. Siquid autē pu-
tauerit contentiosos esse: nos talē consuetudinē non habemus: ne ecclesia dei scindat̄ a nobis patienter & leniter
charitas animi: collegii honor: uinculū fidei: cōcordia sacerdotū est. Præterea aliud quiddā inferimus: aduersū
quod ne mutire quiddā audeat Hilarius deucapolim urbis. Si enim hæretici baptismā nō habent: & ideo bap-
tizandi ab ecclesia sunt: quia in ecclesia nō fuerunt. Ipse quoq; Hilarius non est christianus. In ea quippe ecclesia
baptizatus est: quæ semp ab hæreticis baptismū recepit: ante q̄ Ariminensis synodus fieret: ante q̄ lucifer exula-
ret. Hilarius romanæ ecclesiæ diaconus ab hæreticis uenientes in eo q; prius acceperāt: baptismate suscipiebat.
Nisi forte tantū arriani hæretici: & ab iis aliū baptizatū recipere nō licet: ab aliis licet. Diaconus eras o Hilari: &
Manichæos recipiebas. Diaconus eras: & Hebionis baptismā cōprobabas repēte postq̄ exortus ē Arrius totus
tibi displicere cœpisti. Segregas te cū tuis seruulis: & nouū balneū apis. Si te angelus aliq; aut apostolus bap-
tizauit: nō refringo: quod sequeris. Si uero i sinu meo natus: si ubiq; meorū lacte nutritus: aduersū me gladium le-
uas: redde quod dedi. Et esto si potes: aliter christianus. Meretrix sū: sed tamē mater tua sū. Nō seruo unius tho-
ri castitatē: talis erā q̄do conceptus es: cū Arrio adulteriū cōmitto: feci: & antea cōpar cū Hebione: cū cherintho:
Nouato: hos amplexaris: hos in matris tuæ domū iā adultos recipis. Nescio quid te unus adulter offendat: q; si
negandū quispiā putauerit hæreticos a maioribus nostris semp fuisse susceptos: legat beati Cypriani epistolas:
in quibus apud Stephanū romanæ urbis episcopū inueteratæ cōsuetudinis lacerat errorē: legat & ipsius Hila-
rii libellos: quos aduersū nos de hæreticis rebaptizandis edidit: & ibi reperiet ipsū Hilariū cōfiteri a Iulio: Marco:
Siluestro: & cæteris ueteribus episcopis: similiter in pœnitentiā omnes hæreticos susceptos: nec tamen sibi & ue-
ritati māsuetudinē preiudicare debere. Synodus quoq; Nicena: cuius paulo ante fecimus mētionē: omnes hæ-
reticos suscepit: exceptis Pauli Samosatēni discipulis: & quod his maius est: episcopi Nouitianos: si cōuersi fue-
rint presbiteri gradū seruāt: quæ sentētia & Luciferi: & Hilariū: dū idē & clericus est & baptizatus. Po-
terā diē istiusmodi eloquio ducere: & oēs ppositionū riuulos uno ecclesiæ sole siccari. Verū quia tam multū ser-
mocinati sumus: & prolixitas cōcertationis audientū studia lassauit: breuē tibi apertaq; animi mei sententiā p-
ferā in illa esse ecclesia pmanendū: quæ ab apostolis fūdata: usq; ad diē hanc durat. Si cubi audieris eos: qui di-
cūtur christi: nō a domino Iesu christo: sed a quoq; alio nūcupari: ut puta Martionitas: Valentinianos: Monten-
ses: siue Cāpates: scito nō ecclesiā christi: sed antichristi esse synagogā. Ex hoc enī ipso quod postea instituti sunt:
eos se esse idicāt: quos futuros apostolus prenūciauit. Ne etiā ipsi sibi blādiant̄: uel si de scripturarū capitulis ui-
dent sibi affirmare: quod dicūt: cū & diabolus de scripturis aliq; sit locutus: & scripturæ nō in legēdo cōsistant:
sed i intelligēdo: alioquin si litterā sequimur: possumus & nos quoq; nouū nobis dogma componere: ut assera-
mus in ecclesiā nō recipiendos qui calciati sunt: & duas tunicas habeāt. LUCIFERIANVS dixit. Nō te uicisse
æstimes: uicimus utriq; uterq; nostrū palmā refert: tu mei: & ego erroris: utināq; mihi sic sepe disputare cōtin-
gat: ut ad meliora proficiens deserā: quod male tenebā. Vnū tamen tibi cōfiteor: quia mores meorū: apprimē no-
uū: facilius uinci possē: quā psuaderi.

Beati Hieronymi presbyteri ad Cresiphontē de libero arbitrio cōtra Pelagianos hæreticos: qui dei gratiæ ad-
uersantes cuncta ad humanam referunt uoluntatem. Epistola. XV.

NON Audacter: ut falso putas: sed amanter studioseq; fecisti: ut nouā mihi ex ueteri mitteres quæ-
stionē: quæ ante litteras tuas plærosq; in oriēte decepit: ut p simulatā humilitatē supbiā discerēt:
& dicerēt cū diabolo: In cælū ascēdā: sup sydera cæli ponā thronum meū: & ero similis altissimo.
Quæ enī potest admissa maior esse temeritas: q̄ dei sibi nō dicā similitudinē: sed equalitatē uēdi-
care: & breui sentētia oīum hæreticorū uenena cōplecti: quæ de philosophorū & maxie Pythagoræ & Zeno-
nis principis stoicorū fōte manarūt: Illa enī eorū quæ græcæ appellāt τωον nos perturbationes possumus dice-
re: ægritudinē uidelicet & gaudiū: spem & metū: quorū duo præsentia: duo futura sūt. Asserūt exinaniri & extir-
pari posse de mētibus: & nullā fibrā radicēq; uitiorū in homine omnino residere meditatione & assidua exerci-
tatione uirtutū. Aduersū quos & peripatetici qui ex Aristotelis fonte descendunt: fortissime disputant: & acade-
mici noui quos Tullius sequit̄: & eorū non dico res quæ nullæ sunt: sed umbras & momenta subuertunt. Hoc
est enī hominē ex homine tollere: & in corpore constitutū esse sine corpore: & optare potius q̄ docere: dicente
apostolo. Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius: Et quia epistolaris breuitas non potest
omnia comprehendere: strictim tibi uitanda describam. Vnde & illud uirgilianum est.

Hinc

Hinc metuunt: cupiuntque: dolent: gaudentque: neque auras

Despiciunt clausi: tenebris & carcere caeco.

Quis enim potest aut non gestire gaudia: aut moerore contrahi: aut spe extolli: aut timore terri? Quam ob rem & grauissimus poeta Flaccus scripsit in Satyra.

Nam uitis sine nemo nascitur: optimus ille est

Qui minimis urgetur.

Pulchrae quidam nostrorum ait: philosophi patriarchae haereticorum ecclesiae puritatem pueris maculauere doctrina: ut nesciant illud dictum de humana fragilitate. Quid gloriatur terra & cinis: preferunt cum de iisdem apostolus dicat. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae: & ducentem me in captiuitatem. Et iterum. Non enim quod uolo hoc ago: sed quod nolo id oportet. Si quod non uult operari: quomodo stare potest hoc quod dicitur: posse hominem sine peccato esse si uelit? Quia ratione potest esse quod uelit: cum apostolus asserat se quod cupiat implere non posse: Cumque ab eis quaramus: qui sint illi quos absque peccato putent: Noua strophae cludere cupiunt ueritatem: se non eos dicere qui sint uel fuerint: sed qui esse possint. Egregii doctores dicunt esse non posse: quod nunquam fuisse demonstrat: dicente scriptura. Omne quod futurum est: iam factum est in priori tempore. Neque nunc mihi necesse est ire per singulos sanctos: & quasi in corpore pulcherrimo ne uos quosdam & maculas demonstraret: quod plerique nostrorum simplicitate faciunt cum paucis sententiosis scripturarum possint haereticorum & per eos philosophorum argumenta conuinci.

Quid enim dicit uas electionis: Concluserunt deus omnia sub peccato: ut omnium misereatur. Et in alio loco. Omnes enim peccauerunt & indigent gloria dei. Ecclesiastes quoque per quem se cecinit ipsa sapientia libere protestatur: & dicit. Non est enim homo iustus super terram: qui non peccet. Et iterum: Si peccauerit populus tuus: non est enim homo qui non peccet & quis gloriabitur castum se habere cor: & non est mundus a sordibus: nec si unius diei fuerit super terram uita eius. Unde & David dicit. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Et in alio psalmo: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quod testimonium sub nomine ueritatis noua argumentatione deludunt. Aiunt enim ad comparationem dei nullum esse perfectum: quasi scriptura hoc dixerit. Neque enim ait: Non iustificabitur ad comparationem tui omnis uiuens: sed non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quando enim in conspectu tuo hoc intelligi uult: quod etiam qui hominibus sancti uidentur: dei scientiae atque notitiae nequaquam sancti sint. Non enim uidet in facie: deus autem in corde. Si autem inspiciente deo & omnia contemplantis: quae cordis archana non fallunt: nullus est iustus: perspicue ostenditur haereticus non hominem in excelsa sustollere: sed dei potentiae derogare: multaque alia: quae si de scripturis sanctis uolueris congregare: non dicam epistolae: sed uoluminis quoque excedam modum. Nihil noui asserunt qui in huiusmodi applaudere perfidia simplices quidem & indoctos decipiunt: sed ecclesiasticos uiros qui in lege dei die ac nocte meditantur decipere non ualent. Pudeat ergo eos principum & sociorum suorum: qui aiunt posse hominem sine peccato esse si uelit: quod graeci dicunt $\alpha\upsilon\alpha\mu\alpha\rho\ \tau\eta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon$: & quia hoc ecclesiarum prurientes aures ferre non possunt: simulant se si sine peccato quidem dicere: sed $\alpha\upsilon\alpha\mu\alpha\rho\ \tau\eta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon$: & non graecum sermonem $\alpha\upsilon\alpha\mu\alpha\rho\ \tau\eta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon$ dicere audere: quasi aliud sit sine peccato: aliud $\alpha\upsilon\alpha\mu\alpha\rho\ \tau\eta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon$: & non graecum sermonem: qui apud illos compositus est duobus uerbis sermo latius expresserit: si absque peccato dicis $\alpha\upsilon\alpha\mu\alpha\rho\ \tau\eta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon$ dicere diffiteris. Dana eos ergo quod te $\alpha\upsilon\alpha\mu\alpha\rho\ \tau\eta\ \tau\omicron\upsilon\upsilon$ predicant: sed non facis. Nosti enim quid intrinsecus discipulos tuos doceas: aliud ore commemorans: & aliud calans conscientia: nobisque alienis & indoctis loqueris per parabolam: tuis autem mysteria confiteris: & hoc iuxta scripturam te facere iactas. Quia dictum est turbis Iesus parabolis loquebatur: & ad discipulos in domo dicit. Uobis datum est scire mysteria regni caelorum: illis autem non est datum. Sed ut dicere coeperam exponam breuiter principum & sociorum tuorum nomina: ut animaduertas qualium consortio gloriaris. Manichaeus electos suos quos iter idaeas id est formas Platonis in caelestibus collocat: dicit omnia carere peccato: nec si uelit posse peccare. Ad tanta enim eos uirtutum culmina transcendisse ut carnis operibus illudant. Priscillianus in Hispania pars manichaei de turpitudine cuius te discipuli diligunt uerbum perfectionis: & scientiae sibi temere uendicantes soli cum solis clauduntur mulierculis: & illud eis inter coitum amplexusque decantant.

Tum pater omnipotens fecundis imbribus aether

Coniugis in gremium laetae descendit: & omnis

Magnus alit magno commixtus corpore foetus.

Qui quidem partem habet gnosis haereseos de basilidis impietate uenientem. Unde & uos asseritis eos quod absque legis scientia sunt peccata uitare non posse. Quid loquitur de Prisciliano: quod & saeculi gladio: & totius orbis auctoritate datus est: Euagrius ponticus Hypborita: quod scribit ad uirgines: scribit ad monachos: scribit ad eam cuius nomen nigredinis testatur: & perfidia tenebras edidit librum & scientias: $\omega\epsilon\ \rho\iota\ \alpha\pi\ \alpha\theta\epsilon\iota\alpha$ S qua nos impassibilitate: uel in perturbationem possumus dicere: quod non animus ulla perturbatione contagione & uitio commouetur: & ut simpliciter dicam: uel saxum uel deus est. Huius libros per orientem graecos: & interpretate discipulo eius, Rufino latinis plerique in occidente legitant: qui librum quoque scripsit quasi de monachis: multosque in eo enumerat qui nunquam fuerunt & quos fuisse scribit. Origenistas ab episcopis danatos esse non dubium est a moniui uidelicet & Eusebium & Euthymium: & ipsum Euagrium: Origenem quoque & Isidorum & multos alios: quos dinumerare tedium est: & iuxta illud Lucretii.

Ac ueluti pueris absinthia tetra medentes

Cum dare conantur prius ora pocula circum

Contingat: dulci mellis flauoque liquore.

Ita ille unum Iohannem in ipsius libri poseit principio: quem & catholicum & sanctum fuisse non dubium est: ut per illius oc-

caſionē ceteros quos poſuerat hæreticos eccleſiæ introduceret: illā autē temeritatē imo inſaniā eius quis digno poſſit explere ſermone: q̄ librū Sixti pythagorei hominis abſq̄ Chriſto: atq̄ ethnici imutato nomīe Sixti martyris: & romanæ eccleſiæ epifcopi prenotauit: in quo iuxta dogma pythagoricū hominē exæquant deo: & de eius dicunt eſſe ſubſtantia. Multa de p̄fectione dicuntur: ut qui uolumē philoſophi neſciunt ſub martyris nomine bibant de aureo calice babylonis. Deniq̄ i ipſo uolumine nulla prophetaꝝ: nulla patriarchaꝝ: nulla apoſtolorū: nulla Chriſti ſit mētio: ut epifcopū & martyre ſine chriſti fide fuiſſe contendat. Vnde & uos plurima cōtra eccleſiā uſurpatis teſtimonia. Fecerat hoc & in ſancti Pamphili martyris nomine: ut librū primū ſex libroꝝ deſenſionis Origenis Eulebii Cæſariēſis (quem fuiſſe arrianū nemo qui neſciat) nomine Pāphili martyris prænotaret: quo ſcilicet egregia illa quatuor Origenis τριπλον uolumina latinis iſuderet auribus. Vis adhuc & alium noſſe tui erroris principē: Doctrina tua Origenis ramuſculus eſt. In eo enī pſalmo: ubi ſcriptū eſt: ut de cæteris taceā: Inſuper & uſq̄ ad noctē erudierunt me renes mei: aſſerit uirū ſanctum: de quoꝝ uidelicet & tu numero es: cū ad uirtutum uenerit ſūmitatē: ne in nocte quidē ea pati: quæ hoīum ſunt: nec cogitatione uitioꝝ aliqua titillari: nec erubescas de ſocietate taliū reuens eoꝝ nomina: quoꝝ blaſſemiis iungeris. Louiniano reſpōſum eſt: tibi reſponſū credito: nec fieri poteſt: ut diuerſus ſit eoꝝ exitus: quoꝝ eſt una ſententia. Cū hæc ita ſe habeant: quid uolunt miſeræ mulierculæ onerata peccatis: quæ circumferent omni uēto doctrinæ: ſemper diſcētes & nūnq̄ ad ſcientiā ueritatis peruenientes: & cæteri mulierculæ ſocī prurientes auribus & ignorantēs quid audiant: quid loquant: qui uetuliſſimū cœnū quaſi nouā ſuſcipiant tēperaturā: qui iuxta Ezechielē liniunt parietē abſq̄ tēperamento: & ſuperueniente ueritatis pluuia diſſipantur. Simon magus hæreſim condidit. Helēnæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus anthiocenus omniū immunditiæ reſtor: choros duxit ſcemineos. Martion Romā premifit mulierē: quæ decipiendos ſibi animos prepararet. Appelles Philomenem ſuaꝝ comitem habuit doctrinæ. Montanus imundi ſpiritus predicator multas eccleſias per Prifcam & Maximillam nobiles & opulentas ſceminas primū auro corrupit: & deinde hæreſi polluit. Dimittam uetera: ad uiciniora tranſcendā. Arrius ut orbē caperet: ſorore principis ante decepit. Donatus per africā ut inſcelices quoſq̄ ſetentibus polluerat aquis. Lucillæ opibus adiutus eſt. In Hiſpania Agape Elpidiū mulier cæcum cæca duxit in foueā: ſucceſſore ſui Prifcillianum habuit Zoroaſtri magi ſtudioſiſſimū: & ex mago epifcopū: cui iuncta galla non gēte ſed nomine Germanam huc illucq̄ currentē alterius & uicinæ hæreſos reliquit hæredē. Nunc quoq̄ myſteriū iniquitatis operatur duplex ſexus: utrūq̄ ſupplantat: ut illud propheticū cogamur aſſumere. Clamauit perdix congregauitq̄: non peperit: faciens diuitias ſuas non cū iudicio. In dimidio dieꝝ derelinquet eū: & nouiſſimū eius erit inſerpiens. Illud uero quod ad decipiendos homines quoſq̄ poſtea huic ſententiæ coaptarunt nō abſq̄ dei gratia: cū prima legentes fronte decipiant intro inſpectū & diligentiffime uentilatū decipere non poteſt. Ita enim dei gratiā ponunt: ut non per ſingula opera eius nitamur: & regamur auxilio: ſed ad libere referunt arbitriū: & ad precepta legis ponentes illud Eſaiæ: legē enim deus in adiutoriū poſuit: ut i eo deo referendæ ſint gratiæ q̄ tales nos condiderit: qui noſtro arbitrio poſſimus & eligere bona: & uitare mala: & non intelligunt iſta: dicentes q̄ per os eoꝝ intolerabilē blaſſemiā diabolus ſibilet. Si enim in eo tantū dei eſt gratia q̄ propriæ nos condidit uoluntatis: & libero arbitrio contenti ſumus: nec ultra eius indigemus auxilio: ne ſi idigerimus liberum frangatur arbitriū: ergo nequaquā ultra orare debemus: nec illius clementiā precibus flectere: ut accipiamus quotidie quod ſemel acceptū in noſtra eſt poteſtate. Iſtiusmodi homines tollunt orationē: & per libere arbitriū non homines propriæ uoluntatis ſed dei potentia factos eſſe iactant: qui nullius ope indigent. Tollantur & ieiunia omniſq̄ continentia. Quid enim mihi neceſſe eſt laborare: ut accipiā per indiſtriā quod ſemel mea factū eſt poteſtatis: Hoc quod dico nō meum eſt argumentū unius diſcipuloꝝ eius: imo iam magiſter & totius doctor exercitus: & contra apoſtolū uas perditionis per ſyllogiſmos: & non ut ſui iactant ſyllogiſmoꝝ ſpineta decurrens: ſic philoſophatur & diſputat. Si nihil ego abſq̄ dei auxilio: & per ſingula opera eius eſt omne quod geſſero: ergo non ego qui laboro: ſed dei in me coronabitur auxilium: fruſtraq̄ dedit arbitrii poteſtatē: quod implere non poſſū niſi ipſe me ſemper adiuuerit. Deſtruitur enī uoluntas: quæ alterius ope indiget. Sed liberū dedit arbitriū deus: quod aliter liberū nō erit: niſi fecero quod uoluerō. Ac per hoc ait. Aut utor ſemel poteſtate: quæ mihi data eſt: ut liberū ſeruet arbitriū: aut ſi alterius ope indigeo: libertas arbitrii in me deſtruet. Qui hæc dicit: quā nō excedit blaſſemiā: quæ hæreticoꝝ uenena nō ſuperat. Aſſerunt ſe p̄ arbitrii libertatē nequaquā ultra neceſſariū habere deū: & ignorant ſcriptū qd̄ habes quod nō accepifti: ſi autē accepifti: qd̄ gloriaris quaſi non acceperis. Magnas agit deo gratias: qui p̄ libertatē arbitrii rebellis in deū eſt. Quā nos libenter amplectimur ita dūtaxat ut agamus ſemper gratias largitori: ſciamuſq̄ nos nihil eſſe: niſi quod donauit i nobis ipſe ſeruaauerit: dicēte apoſtolo. Nō eſt uolētis neq̄ currētis: ſed miſerētis dei uelle: & currere meū eſt. Sed ipſū meū ſine dei ſemp̄ auxilio nō erit meū. Dicit enī idē apoſtolus: Deus q̄ opat̄ nobis uelle & p̄ficere. Et ſaluator i euāgelio. Pater meus uſq̄ modo opat̄: & ego operor. Sēper largitor: ſempq̄ donator eſt. Nō mihi ſufficit quod ſemel donauit: niſi ſemp̄ donauerit. Peto ut accipiā: & cū accepero ruruſus peto: auarus ſū ad accipiēda beneficia dei: nec ille deficit in dādo: nec ego fatior in accipiēdo: q̄to plus bibero: tāto plus ſitio: legi enī pſalmiſtæ uoce cantari. Guſtate & uidete: quoniā ſuauiſ eſt dominus: oē qd̄ hēmus bonū: guſtus ē domini. Cū me putauerō ad calicē pueniſſe uirtutū: tūc bibā principiū. Principiū enī ſapientiæ timor domini qui expellit atq̄ deſtruitur charitate: hæc eſt hominibus ſola p̄fectio: ſi imp̄fectos eſſe ſe nouerint: & uos inquit cum omnia feceritis: dicite ſerui inutiles ſumus: qd̄ debuimus facere fecimus. Si inutilis eſt qui fecit oia: qd̄ de illo dicēdū ē q̄ explere nō potuit. Vnde & apoſtolus: & ex pte accepiffē: & ex parte cōprehēdiſſe ſe dicit: & nec dū eē p̄fectū preteritoꝝ obliuiſci & in

Simon Magus

Zoroaſter Magus

Fluor

& in futuro se extendere qui semper preteritorum obliuiscit: & futura desiderat: ostendit se presentibus non esse contentum. Quod autem rursu iactitant liberu nobis arbitriu destrui: audiant e contrario eos arbitriu destruere libertatem: qui male eo abutuntur aduersu beneficiu largitoris. Quis destruit arbitriu: ille qui semper deo agit gratias: & quodcumque in suo riuulo fuit ad fontem refert: an qui dixit. Recede a me quia mundus sum: non habeo te necessarium. Dedisti enim mihi semel arbitrii libertate: ut faciam quod uoluerim. Quid rursu te ingeris: ut nihil possim facere: nisi tu in me tua dona compleueris: fraudulenter preterdis: ut dei gratiam ad conditionem hominis referas: & non in singulis operibus auxilium dei requiras: ne scilicet liberum arbitriu uidearis amittere: & cum dei contenas adminiculū: hominum quæras auxilia. Audite queso: audite sacrilegum. Si inquit uoluerim curare digitu: mouere manum: sedere: stare: ambulare: discurre: sputa iacere: duobus digitulis narium purgamenta decutere: releuare aliu: urinam digerere: semper mihi auxilium dei necessarium erit. Audi ingratus: imo sacrilege apostolu predicantē. Siue manducatis: siue bibitis: siue aliud quid agitis omnia in nomine domini agite. Et illud Iacobi. Age nunc qui dicitis hodie: & cras proficiscemur in illam ciuitate: & faciemus illic annu unu: ut negociemur & lucrermur qui nescitis de crastino. Quæ enim est uita nostra? Aura est enim siue uapor paululum apparens: De inde disputat pro eo quod debeatis dicere. Si dominus uoluerit & uixerimus ut faciamus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in superbiis uestris: omnis istiusmodi gloriatio pessima est. Iniuriã tibi fieri putas: & destrui arbitrii libertate: si ad deum semp auctore recurras: si ex illius pendeas uoluntate: & dicas: oculi mei semp ad dominu: quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos. Unde audeas lingua proferre temeraria unuquodque arbitrio suo regi. Si suo arbitrio regitur: ubi est auxilium dei: & si Christo rectore non indiget: quomodo scribit Hieremias: non est in homine uia eius & a domino gressus hominis diriguntur. Facilia dicimus esse mandata: & tamen nullum proferre potes qui uniuersa compleuerit. Responde mihi facilia sunt: an difficilia? Si facilia profer quis ea impleuerit: & cur David in psalmo canat. Qui singis dolore in precepto: & iteru: propter uerba labiorum tuorum: ego custodiui uias duras. Et dominus in euangelio. Intrate per angustã portã: & diligite inimicos uestros: & orate pro his qui persequuntur uos: sin autem difficilia: cur ausus es dicere: facilia esse dei mandata: quæ nullus impleuerit? Non intelligis tuas inter se repugnare sententias? Aut enim facilia sunt: & infinita est multitudo hominum: qui ea impleuerint: aut difficilia: & temere dixisti esse facile quod difficile est. Soletis & hoc dicere possibile esse mandata: & recte a deo data: aut impossibile: & non in his esse culpã qui acceperunt mandata: sed in eo qui dedit impossibile. Nunquid precepit mihi deus ut essem quod est: nihil inter me esset & dominu creatorẽ: ut maior essem angelorum fastigiorum: ut haberẽ quod angeli non habent. De illo scriptu est quasi propriu: qui peccatu non fecit: nec dolus inuentus est in ore eius. Si hoc est mihi cum Christo comune est: quid ille habuit propriu: alioquin pro se tua sententia destruetur. Afferis posse hominem esse sine peccato si uelit: & post grauissimu somnu ad decipiendas rudes animas frustra conaris adiungere: non absque dei gratia. Si enim semel homo pro se potest esse sine peccato: quid necessaria est dei gratia? Sin autem sine illius gratia nihil potest facere: quid necesse fuit dicere quod non potest? Potest inquit esse sine peccato: potest esse perfectus si uoluerit. Quis enim christianorum non uult esse sine peccato: aut quis perfectione recusat? Sufficit enim uelle: & statim sequitur posse si uelle precesserit: nullusque christianorum qui nolit esse sine peccato: omnes ergo sine peccato erunt: quia utique omnes cupiunt esse sine peccato: & in hoc ingratus teneberis: ut quia nullu aut rarum quenu sine peccato proferre potes: oes sine peccato esse posse fatearis. Possibilia inquit mandata dedit deus. Et quis hoc negat? Sed quomodo hæc intelligenda sit sententia: uas electionis aptissime docet. Ait enim. Quod erat impossibile legis: in qua infirmabatur per carnem: deus filiu suu mittens in similitudine carnis peccati & de peccato condempnauit peccatu in carne. Et iteru. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quod ne de lege Moyse tantum dictum putes: & non de omnibus mandatis: quæ uno legis nomine continentur: idem apostolus scribit dicens. Consentio enim legi dei iuxta interiorẽ hominem: uideo autem aliam legẽ in membris meis repugnãtẽ legi mentis meæ: & captiuantẽ me in lege peccati: quæ est in membris meis. Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesu Christu dominu nostru. Cur autem hoc dixerit alio sermone demonstrat. Scimus enim quod lex spiritalis est: ego autem carnalis sum: uenundatus sub peccato. Quod enim operor non cognosco. Non enim quod uolo illud operor: sed quod odi illud facio. Sin autem quod nolo hoc facio: consentio legi: quoniam bona est. Nunc autem nequaquam operor illud: sed quod in me habitat peccatu. Scio enim quod non habitat in me: hoc est in carne mea bonu. Velle enim adiacet mihi: perficere autem bonu non inuenio: non enim quod uolo bonu hoc facio: sed quod nolo malũ: hoc ago. Si autem quod nolo: hoc facio: nequaquam ego operor illud: sed quod habitat in me peccatu. Reclamabis: & dices: Manichæorum dogma nosce: & eorum qui de diuersis naturis ecclesiæ bella concinnant: asserentium malã esse naturã: quæ immutari nullo modo possit. Et hoc non mihi sed apostolo imputa: qui nouit aliud esse deũ: aliud esse hominem: aliam carnis fragilitate aliam spiritus fortitudinẽ. Caro enim desiderat contra spiritum: & spiritus contra carnem: & hæc inuicẽ sibi aduersantur: ut non quæ uolumus: ipsa faciamus a me nunquam audies malã esse naturã: sed quomodo sit carnis fragilitas differenda: ipso quod scripsit docete discamus. Interroga eum quare dixerit: non enim quod uolo: hoc operor: sed quod odi malũ: illud facio. Quæ necessitas illius impediatur uoluntate: quæ tanta uis odio digna imperet facere: ut non quod uult: sed quod odit: & non uult facere compellat? Respondebit tibi: o homo tu quis es: qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentu figulo: quare me fecisti sic? An non habet potestate figulus luti de eadẽ massa aliud quod uas facere in honore: aliud autem in contumeliã? Obiice deo fortiorẽ calumnia: quare adhuc cum in utero esset Esau & Iacob: dixerit Iacob dilexi. Esau autem odio habui. Accusa eum iniquitatis: cur Achar filius Charit: de Hierichontina preda aliqui furatus sit & tanta milia hominum illius uitio trucidata sint. Quæ obrem filii Heli peccauerunt: & ois pene populus extinctus: archa quoque sit capta: David peccauit ut enume-

raret populū: & cur in toto Israele tanta hominū cāsa sint milia. Et ad extremū (quod solet nobis obiicere contubernalis uester Porphyrius) quia ratione clamens & misericors deus ab Adam usq; ad Moysem: & a Moyse usq; ad aduentū Christi: passus sit uniuersas gentes perire ignorantia legis & mandatorū dei. Neq; enim Britānia fertilis prouincia tyrannorū & scythicā gentes omnesq; usq; ad oceanū p̄ circuitū barbarā nationes Moysem prophetaq; cognouerant. Quid necesse fuit eū in ultimo uenire tēpore: & non prius q̄ innumerabilis periret hominū multitudo? Quā questionē beatus apostolus ad Romanos scribens prudentissime uentilat: ignorans hęc: & dei concedens scientiā. Dignare & ista nescire: quā quæris. Concede deo potentiā sui: nequāq; te indiget defensore. Ego miserabilis qui tuas expecto contumelias: qui illud semper lego: Gratia salui facti estis: & Beati quoq; remissa sunt iniquitates: & quorū tecta sunt peccata. Ut de mea fragilitate loquar: noui me multa uelle: quā faciēda sunt: & tamē implere nō posse. Spūs. n. fortitudo ducit ad uitā: sed carnis fragilitas ducit ad mortē. Et audio dominū cōmonentē. Vigilate & orate: ne intretis in tentationē. Spūs p̄mptus est: caro autē infirma. Frustra blaffemias & ignorantia auribus i geris: & nos ais liberū arbitrium condēnare. Dānetur ille qui dānat: Cæterū nos ex eo differimus a brutis animalibus: q̄ liberi arbitrii conditi sumus: sed ipsū libere ut diximus arbitriū: dei nitē auxilio: illiusq; p̄ singula ope indiget. Quod uos nō uultis. Sed id uultis: ut qui semel habet libere arbitriū: deo adiutore non egeat. Libere arbitriū dat liberā uolūtātē: & nō statim ex libero arbitrio homo facit: sed domini auxilio: qui nullius ope indiget. Tu ipse qui perfectā & deo laudabilē in oibus iusticiā iactitas: & peccatorem te esse confiteris: responde mihi uelis an nolis carere peccato? Si uis quare iuxta sententiā tuā non implet: quod desideras? Sin autē non uis: contēptorē te preceptorū dei esse demonstras. Si contēptor es: utiq; & peccator. Si peccator audi tibi scripturā loquentē: peccatori dixit deus. Quare tu enarras iusticias meas: & assumis testamentū meū p̄ os tuū? Tu uero odisti disciplinā: & proiecisti uerba mea retrorsū. Verba dei dū nō uis facere post tergū tuū proiicis. Et nouus apostolus orbi terrarū faciēda & nō faciēda decernis. Sed non est ita ut loqueris: aliud in tua mente uersat: quando enī te dicis peccatorē: & posse hoīem sine peccato esse: si uelit: & illud uis intelligi: te quidē sanctū esse: & omni carere peccato: sed p̄ humilitatē peccati nomen assumere: ut alios potius laudes: & tibi detrahas. Illud quoq; argumentū uestrū ferre quis possit? Dicitis his uerbis: Aliud est esse: aliud esse posse. Esse nō est in nostra positū potestate: esse autē generaliter posse dici. Quod licet alius non fuerit: tamen possit esse: q̄ esse uoluerit. Rogo quā est ista argumentatio: posse esse quod non fuerit? Posse fieri: quod nullū fecisse testaris? Id cui libet tribuere: qui an futurus sit ignores? Et dare nescio cui quod in patriarchis: prophetis & apostolis fuisse nequeas approbare? audi ecclesiasticā simplicitatē: siue rusticitatē: aut iperitiā ut uobis uidet: loquere quod credis: publice predica: quod secreto discipulis loqueris. Qui dicis te habere arbitrii libertatē: quare non libere quod sentis: loqueris? Aliud audiūt cubiculorū tuorū secreta: aliud nostrorū populi. Et enī uulgus indoctū nō potest arcanorū tuorū onera sustentare: nec capere solidū cibū: quod infantia lacte contentū est. Nec dū scripti: & cōminaris mihi rescriptorū tuorū fulmina: ut scilicet hoc timore p̄teritus non audeā ora referare: & non aīaduertis iccirco nos scribere: ut uos respondere cogamini: & apte aliq̄do dicere: quod pro tēpore p̄sonis & locis: uel loquimini uel tacetis. Nolo uobis libere esse negare: quod semel scripseritis. Ecclesiæ uictoria est: uos aperte dicere quod sentitis: aut enī idē responsuri estis: quod & nos loquimur: & nequāq; eritis aduersarii: sed amici. Aut si contraria nostro dogmati dixeritis: in eo uincemus: quod oēs cognoscēt ecclesiā: qd sentiat. Sentētiās uestras prodidisse: supasse est: patet prima fronte blaffemia. Non necesse habet cōuinci: qd sua statim p̄fessione blaffemiū est. Minamini nobis responsionē: quā uitare nullus potest: nisi qui oīno nō scribit. Vnde nostis qd dicturi sumus: ut responsionē paretis? Forsitan uestra dicemus: & iccirco ingenii uestri acuetis stilū. Eunomiani: Arriani: Macedoniani: noibus separati: i pietate cōcordes: nullū nobis laborē faciūt. Loquuntur enī qd sentiūt sola hęc hærēsis est: quā publice erubescit loq; quod secreto docere nō metuit. Magistorū si lentiū p̄fert rabies discipulorū. Quod audierūt i cubiculis: tectis predicāt: ut si placuerit auditoribus quod dixerit: deferat ad gloriā magistorū. Si displicuerit: culpa sit discipuli: nō magistri. Ideo crescit uestra hærēsis: & decepistis plurimos: maximeq; eos q̄ adhærēt mulieribus: & sciūt se peccare nō posse. Quia semp docetis: semper negatis: & audire meremini illud p̄pheticū. Gloriā illis i partibus: & parturitōibus da illis domie. Quid dabis illis? Vuluā sterilē: & ubera arida. Feruet aīus: nec possū uerbū cohibere. Epistolaris angustia nō patit loqui opis magnitudinē. Nullius i hoc opusculo nomē p̄prie tangit. Aduersus magistrū p̄uersi dogmatis locuti sumus. Qui iratus fuerit: atq; scripserit suo q̄si mus p̄del' idicio: āpliora i uero certamine uulnera suscepturus. Multi anni sūt: q̄ ab adolecētia usq; ad hęc ætatē diuersa scripsi opuscula: sempq; habui studiū audientibus loqui: quod publice in ecclesia didicerā: nec philosophorū argumēta sectari: & apostolorū simplicitati acquiescere: sciens illud scriptū pdā sapientiā sapientiū: & prudentiā prudentiū reprobabo: & fatuū dei sapientius est hominibus. Cū hęc se ita habeant: prouoco aduersarios: ut omnes retro chartulas ex integro discutiant. Et siquid in meo ingenio uitii repererit: p̄ferant in mediū. Aut enī bona erunt: & cōtradiciā eorū calūniā: aut reprehensibilia: & confitebor errorem: malens emendare q̄ perseuerare in prauitate sententiā. Et tu ergo doctore egrege: aut defende quod locutus es: & sententiarum tuarum acumina astrue eloquio subsequenti: ne quando tibi placuerit neges quod locutus es: aut si certe errasti quasi homo libere confitere: & discordiarum inter se redde concordiam. In mentem tibi ueniat tunicam saluatoris: nec a militibus fuisse conscissam. Fratrum inter se cernis iurgia: & rides atq; lætaris: quod alii in tuo nomine: alii in Christi appellentur. Imitare Ionam: & dicito. Si propter me est illa tempesta: tollite me: & mitte in mare. Ille humilitate deiectus est in profundum: ut in typum domini gloriolus resurgeret. Tu per superbiam ad astra substolleris: ut de te loquatur

iesus. Videbam sathanam sicut fulgur cadentem de caelo. Quod autem in scripturis sanctis multi iusti appellen-
tur: ut Zacharias & Elisabeth: Iob: Iosaphat: & Iosias & multi: quorum nominibus sacra scriptura contexta est: quae
in promisso opere plenius si gratia dominus dederit: dicturus sum: tamen in presenti epistola hoc breuiter stri-
xisse sufficiat: quod iusti appellantur: non quod omni uitio careant: sed ex maiori parte uirtutum comendentur
Denique & Zacharias silentio condennatur: & Iob suo sermone reprehenditur: & Iosaphat & Iosias: qui iusti absque
dubio scripti sunt: fecisse narrantur: quae domino displicerent. Quorum alter impio auxilium tulit: & correptus
est a propheta: alter contra preceptum domini ex ore Hieremiae occurrit Machao regi aegypti: & interfectus est
& tamen uterque iustus appellatur. De ceteris non est huius temporis scribere: neque enim a me librum: sed episto-
lam flagitasti. Qui dictandus est ex octo: & omnes oblationes eorum Christi auxilio destruenda: quod nobis
sanctae scripturae testimoniis asserendum est: in quibus quotidie credentibus loquitur deus. Illudque te per sa-
ctae & illustris domus conciliabulum praecor: atque comoneo: ne per unum: aut multum tres homunculos susci-
pian tantarum faeces haereseon: aut ut parum dicam infamiam: ut ubi primum uirtus & sanctitas laudabatur: ibi
praesumptionis diabolicae & sordidissime societatis turpitudine uersetur. Sciantque qui huiusmodi hominibus opes
sugerunt: haereticorum multitudinem congregare: & christi hostes facere: & nutrire aduersarios eius: frustra
quod aliud lingua pretendere cum animus sentire aliud comprobetur.

Argumentum dialogi subsequentis contra Pelagium excerptum ex Gennadio de uiris illustribus.

Pelagius haeresiarches antequam proderet haereticus scripsit studiosis necessaria tres de fide trinitatis libros.
Et pro actuali conuersatione aeglogae: ex diuinis scripturis liber unus capitulorum: indicis in modum Cy-
priani martyris praesignatum. postquam haereticus publicatus est scripsit haeresei suae fauentia.

Item aliud argumentum ex epistola beati Hieronymi de .xii. tractatoribus.

Pelagius de quo apud fideles sermo est: de quo etiam mihi grauis causa disputationis uerborum: pene in toto
orbe annunciata est: quae omnes ecclesiae quasi lupum de silua comirent aureum colorem super nigrum uenenum
componens: fontem primi mellis dulcem amaritudinis malitiae commiscuit. Item Isidorus .viii. aetimolo-
giarum. Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium diuinae gratiae anteponunt: dicentes suffi-
cere solam uoluntatem ad implenda iussa diuina.

Prologus dialogi beati Hieronymi praesbyteri rectae fidei contra Pelagianum monachum haeretici dogma-
tis repertorem: quae sub Attici & Critoboli nominibus uoluit appellari. Epistola .XVI.

Scripta iam ad Cresiphontem epistola: in qua ad interrogata respondi: crebra fratrum expositula-
tio fuit: cur promissum opus ultra differre. In qua pollicitus sum me ad cunctas eorum: qui $\alpha\pi\alpha\theta\epsilon\iota\alpha\upsilon$
predicant: quaestiuiculas responsurum. Nulli enim est dubium: quin Stoicorum: & peripatheticorum
hoc est ueteris academiae: ista contentio sit: quod alii eorum asserant $\pi\alpha\theta\eta$: quas nos perturbationes pos-
sumus dicere: aegritudinem: gaudium: spem: timorem eradicari & extirpari posse de mentibus hominum: alii fran-
gi eas atque moderari: & quasi infrenos equos quibusdam lupatis coerceri. Quorum sententias & Tullius in Thu-
sculanis disputationibus explicat. & Origenes ecclesiasticae ueritati in Stromatibus suis miscere conatur ut pre-
teream Manichaeum: Priscillianum: Euagrium hyperborean: Iouinianum: & totius pene Syriae haereticos: quos ser-
mone gentili Abin & Paanin .i. pueros & massilianos graece $\epsilon\upsilon\tau\upsilon\tau\epsilon\varsigma$ uocant. quorum omnium ista sententia est: pos-
se ad perfectionem: & non dicam ad similitudinem: sed aequalitatem ei humanae uirtutis & scientiam dei perueni-
re. ita ut asserant ne cogitatione quidem & ignorantia cum ad consumationis culmen ascenderit: posse pecca-
re. Et quae superiori epistola contra errores eorum pro angustia temporis pauca perstrinxerim: hic liber quem nunc
cudere nitimur: Socraticorum consuetudinem conseruabit. ut ex utraque parte quid dici possit exponat: & magis per-
spicua ueritas fiat: cum proposuerit unusquisque quod senserit. Illud autem Origenis proprium est: & impossibile es-
se humana a principio usque ad mortem non peccare natura. Et rursus esse possibile: cum se aliquis ad meliora con-
uerterit: ad tantam fortitudinem peruenire. ut ultra non peccet. Aduersum eos autem qui me dicunt hoc opus inflama-
tum inuidiae facibus scribere: breuiter respondebo: nunquam me haereticis pepercisse: & omni egisse studio: ut ho-
stes ecclesiae mei quoque hostes fierent. Heluidius scripsit contra sanctae Mariae uirginitatem perpetua. Nunquam
ut ei responderem: ductus inuidia sum: quae omnino in carne non uidetur: Iouinianus cuius a te haeresis suscitatur: roma-
nam fidem me absente turbauit: & tamen elinguis & sic sermonis putidi: ut magis misericordia dignus fuerit: quam in-
uidia. Illi quoque respondi: ut potui. Rufinus non uni urbi: sed orbi blasphemias Origenis: & $\pi\epsilon\pi\iota\alpha\kappa\omega\upsilon$ libros qua-
tum in se fuit intulit. Ita ut Eusebii quoque primum librum defensionis sub nomine Paphili martyris ederet: & qua-
si ille passus dixisset: nouum pro eo uolumen euomeret. Num uidemus ei: quia respondimus: Et tanta in eo eloque-
tia fluere flumina ut me a scribendi atque dictandi studio deterrent: Palladius seruilis nequitiae eandem haere-
sim instaurare conatus est: & nouam translationis hebraicae mihi calumniam instruere. Num & illius ingenii nobilita-
ti inuidemus: Nunc quoque ministerium iniquitatis operatur: & garrat unusquisque quod sentit. Ego solus sum: qui cun-
ctorum gloria mordear. Et tanta miser: ut iis quoque inuideam: qui non merentur inuidiam. Vnde ut omnibus approbare: me non
odisse homines: sed errores. Nec aliquorum magis infamiam querere quam dolere uicem eorum: qui falsi nominis scientia
supplantantur: Attici & Critoboli nomina posui: per quos & nostra pars & aduersarios: quid sentiret: exprimeret
quin potius omnes qui catholicam sectantur fidem: optamus & cupimus danare haeresim: homines emendari. Aut certe
si in errore uoluerint permanere: non istam nostram culpam esse: qui scripsimus: sed eorum qui mendacium prae-
lerunt ueritati. Breuiterque calumniatoribus respondemus: quod sua in nos conferunt: manichaeorum esse sententiam: hominum dan-
nare naturam: & liberum auferre arbitrium: & adiutorium dei tollere. Rursusque apertissime insania hoc hominem dicere esse:

scro in hys 70.